A. 50

angebl. von ~~Bartoš~~ ediert
[illegible]

90r

Epitaphium de anna regina
anglie filia imperatoris karoli de boemia

Anglica regina nunc anna iacet libetina (.i. mortua)
dum vixit domina fuit anglis nulla ruina
Inclita filia cesaris et pia coniuga regis
! Sprevere inpia fecit et omnia consona legis
! Rixas ~~sedauit~~ discordes pacificavit
Mansuetis fauit pro tristibus ipsa rogavit
Londoniensibus hinc in testibus acta probando
Nam fuit omnibus in gravitatibus hiis ministrando
Pauperibus prona semper fuit ad dare dona
Distribuendo dona non vivit tanta patrona
hanc almania ~~tota~~ boemia corde dolebunt
(pnere) Sed magis anglia vinitaque vallia ~~[illegible]~~ pro nere flebunt
Pregnantes vena mulieres iussit amena
et per eam plena quevis relevatur egena
~~Dolvit~~ aspera multaque prospera fecit adesse
Sed sibi munera cunctipotens hera virgula yesse
Toto fervore sacrum neuma decore
tollebat? De solito more cum corde tollebat et ore
hinc pia pectore neumatis affore luce probata
Mortua corpore postea marmore subpeditata
Cum nulla cura fiet mortem fugitura
ulla creatura nunc ens nec in orbe futura
Dulcis in omnibus et pia moribus heu gloriosa
! (l. caro) Nunc putret ymbribus et sua vermibus est coro rosa
Hinc ut debemus ~~[illegible]~~ qui tanta matre caremus
Propter eam demus lacrimas et sepe rogemus
fruitura? Sit tibi gracia quod bona sit vita qua fititura
Summa que gaudia celica premia sunt sua iura.